



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De gloria & honore: quòd gloriam alteri præbere non oporteat. cap. ii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMA-
SCENI PARALLELORVM
LIBER SECUNDVS.

F

G

DE MVTABILIBVS, ET INCONSTANTI
animo præditis. CAP. I.

ose. 7.

Eccl. 2.

I.

27. 3.

29.

Zach. 8.

Iac. 1.

Gal. 5.

Basil.

Epist. ad

Patroph.

Simile.

Nazian.

Orat. A. de

Pace.

philo.

Enagrius



E G Y P T V M inuocabāt: & ad Assyrios abierunt.
Vx dupli corde, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Ne accesseris ad eum dupli corde. Stultus vt luna mutatur. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus. Vita mala de domo in domum: & non habitabit, nec appetiet os.

H Neque exeunti neque introēunti erat pax à tribulatione.

Vir dupli animo inconstans est in omnibus viis suis.

Currebatis bene: quis vos fascinavit, vt non obediretis veritati?

Quorum mens ad mutationem propensa est, non est dissidenteum, quin eorum quoque vita non sit ordinata.

Homines nubibus similes sunt, quæ, prout immutantur venti, nunc ad hanc, nunc ad illam aëris regionem feruntur.

I Leues & stolidos eos esse censemus, qui facile in utramque partem feruntur, ac dilabuntur, non secus ac venti inconstantes, aut Euri mutations & reciprocationes, aut instabilis maris fluctus.

Stultus nulla in re consistere solet: pendulaque est ipsius omnis vita, nec firma vlo grada defixa.

Planta, quæ assidue transfert fructum nunquam edet.

Degloria & honore: & quod gloriam alteri præbere non oporteat.

CAP. II.

Baruc. 4.

Esa. 42.

Eccl. 33.



K E des alteri gloriam tuam: & quæ tibi conducunt, genti alienæ.
Gloriam meam alteri non dabo.

Quandiu viuis & spiras, ne mutes te ipsum in omni carne. Melius enim est vt filij tui orent te, quam vt ipse respicias in manus filiorum tuorum: & in tempore mortis distribue hæreditatem tuam.

Filio & vxori & amico & fratri ne des potestatem aduersum te in vita tua.
Ne des alteri gloriam tuam: ne te postea poeniteat, atque eos rogare necesse habeas.

De diabolo, sive Satana & dæmonibus.

CAP. III.

Quando